



Disputationes hoc volumine  
contentae

	Pag:
1 De Nobilitate	
2 De Levatorum auctoritate et Opprobriis	21
3 De Jure Colonario, si perpetua colonia.	93
4 De nuptiis.	135
5 De jure dotalium	165
6 De Fideicommissis familia	201
7 De jure succedendi in rebus episcopalis, & ut ensilibus graves vine graves	225
8 De jure Fontibrescos	257
9 De anticatoporis: s. reconventione.	291
10 De speciali in rem actione, sive rei vindicatione.	301
11 Disp. juridica de fide	315
12 De actione finium regundorum	358
13 Disp. Jurid. de moneta	366
14 De Commenciorum navatum jure singulari	380




	De retractu	P	409.	30
6	Theses ad l. Gall. Aquilig. 29 ff. de lib. & postum.		423	31
17	De mutuo		440	3
18	De litis contestatione		454	3
19	De justitia et jure, ejusq; divisionib;.		458	
20	De summa divisione personarum in liberos et servos.		468	
21	De patria potestate acquirenda et dissolvenda		478	
22	De tutela constituenda et fini- enda		490	
23	De Curatorib; eorumq; cum Tuto- rib; jure communi		502	
24	De dominio naturali		526	
25	De testamentis ordinandis quoad Institutiones & substitutiones		530	
26	De successione ab Intestato		552	
27	De Contractib; in genere et in specie realib;		578.	
28	De Stipulationib; et fidejussorib;		604	
29	De publicis judiciis		624	



9. 30 De definitione et divisionibus feudorum P. 638  
31 De constitutione feudi per conventionem & successionem. ——— 642  
32 de acquisitione feudi per investituram 648  
33 De reliquo jure Investiturae, et praescriptione feudi ——— 656  
34 De jure Vasalli in feudo ——— 662  
35 De jure Senioris, et agnatorum in feudo ——— 668  
36 De actionibus, judiciis et processu feudali ——— 676  
37 De Institutionibus & substitutionibus haereditum. ——— 686  
38 De Contractibus consensualibus, quasi contractibus, et modis tenentiarum obligationum ——— 700







13. 366  
DISPUTATIO JURIDICA.

De  
MONETA,

*Ejusq; Accidentibus variis.*

*Quam*

*Aspirante divino numine*

*Consensu Amplissimæ Facultatis Juridicæ*

SUB PRÆSIDIO  
HERMANNI HELM, HOL-  
SATO-DITHMARSI. J. U. L.

*Publicè defendere conabitur*

JOHANNES SCHEFFER

*Svevofordo - Franc.*

*In Auditorio J. C. torum.*

*die 16 Martij.*

---

VVITTEBERGÆ,

EX OFFICINA JOHANNIS HAKEN, M DC LIV.



DISPUTATIO JURIDICA

DE  
MOMNETA

CAUSAM JURIDICAM

SUB PRAESIDI

HERMANNI HELM, HOF-

RAE PRAESIDI J. U. I.

CAUSAM JURIDICAM

JOHANNES GROSS

STUDII JURIS

IN AUSTRIA

VIENNAE

MDCCCXXXIII

IN AUSTRIA VIENNAE





## I. N. D. N. J. C.

DE moneta acturi feliciter notamus primò & in ipso li-  
mine vocabula: *moneta*, *nummi*, *pecunia*, eorumq;  
*ἔτυμον*, quod demonstrare non tam difficile, quàm ju-  
cundum pariter atque utile, si priscorum emetiri velis  
temporum contractus atq; commercia. *Moneta* à monendo est,  
quòd monere debeat & rei quantitatem & qualitatem, quæ le-  
ge i. e. consensu gentium communi definita est, argumento vo-  
cis *Nummi*, quam ita eleganter *Aristoteles lib. 5. Ethic. cap. 5.*  
*ἀπὸ τῆς νόμῳ, νόμισμα*, derivat: Quamvis nec contemnenda  
etymologia sit, quâ alii ἀπὸ τῶν νομῶν, à pascuis deducunt,  
quòd veterum opes in armentis & consequenter in agris & pa-  
scuis fuerint positæ. Quòd facit vox *pecunia* denominata à pe-  
cude, quod antiquitus *pecudes* cæteraq; res omnes, quæ in pa-  
trimonio nostræ sunt, & *pecunia* pro synonymis ferè fuerint  
habitæ, ut hoc patet ex *l. 5. ff. de V. S.* ubi ita comparat *Paulus ex*  
*lib. 2. ad edict.* ad quod fusè *Goedd. h. t.* cui congrua est *l. 1. ff. de cõ-*  
*trahend. emt.* in verbis: *olim non ita erat nummus, nec aliud*  
*merx, aliud precium vocabatur, &c.* Et hoc ipsum confirmatur  
signaturâ pecuniæ, quæ pecudis, bovis, aut ovis effigie notata  
fuit, in recordationem perpetuam, quòd antiquissimi mortu-  
lium, agricolæ scilicet, uti erant, & pastores, bove aut ove,  
tanquam communi usurâ usi fuissent. Ut vel unico exemplo  
*Diomedis & Glauci* arma permutantium palam est ex Homero  
ostendente, *Diomedis* arma esse *ἐκ αὐτῆς βοῆς*, *Glauci* verò *ὀ-*  
*νείβοισα*: quamvis hæc verba ad monetam Atheniensium pri-  
mam autore *Theseo* bovis figura insignitam, contra mentem  
*Pauli* in *l. 1. ff. de contrahend. emt.* referat, *Tholosanus l. 36. c. 2. n. 22.*

A 2 ubi



ubi miratur quasi neminem præter se hæc observasse, etsi de e-  
mendatione loci illius cogitaverint *Alciatus, Budæus, Baptista  
Pius & alii.*

II. Cæterum ut clarum est, quâ occasione nummi proge-  
niti fuerint, multò tamen difficilius indagare, cui inventio  
primùm debeat, cum nequicquam moveat, quod de *Numa*  
perhibetur, ipsum primò jusse eudi monetam, ut ex *Suetonio  
Suidas* testatur, præsertim cum ex sacris literis *Gen. 20.* certum  
sit, jam tum tempore *Abrahami* nummos quoque signatos exti-  
tisse, quem tamen integris 1378. annis *Numa* antiquiorem fu-  
isse ex temporum & historiarum collatione constat. Uti de *Nu-  
mo Abrahami* ab illustri viro *Bogislao* ab *Hassenstein* è terra *Pa-  
lestina* in *Germaniam* allato in *Sarepta* sua p. 148. testatur *Jo-  
hannes Matthesius Rochlicensis* vir rerum metallicarum ad stupo-  
rem peritissimus; unde, ut taceam circa hæc Autorum disso-  
nantiam, rectius nos facturos spero, si nihil potius, quam cer-  
tum in incerto ponere allaboraverimus, videantur tamen va-  
ria Inventorum de prioritate certantium exempla apud *Herod-  
in primo. Strab. 8. Joseph. antiq. Judaic. 4. c. lib. 1.*

III. Est autem moneta instrumentum utile commutatio-  
num & commerciorum, haud difficulter portatile, iatroductum  
olim communi consensu gentium aut partis maximæ. Instru-  
mentum esse, mediumq; , quo possis commodius emere, ven-  
dere, per mare, perq; terras commercia promovere, &  
dubium nullum est. At, ut aureum, argenteumve sit, ut non  
puto necessarium, ita disquisitionem hic promeretur, proin-  
de quando (1) *Aristoteles 5. Ethic. ad Nicom. c. 5.* dicit, nummum  
ex instituto hominum provenisse, nec naturâ constare. Ut ita  
in arbitrio hominis positum videatur mutare eundem & inuti-  
liter facere. Sequitur (2) præeunte eodem in *1. polit. c. 6.* neque  
argentum, neq; aliud quodvis metallum à sua natura ejus pre-  
cii esse ac nobilitatis, ut hoc ipso per se sitis famesq; propulsa-  
ri, vel cœli tempestates, aerisve injuria sedari possit, ut unicus  
panis ita longè preciosior sit; oeu perpulerè, *Augustinus* inquit,  
*2. C. D. c. 16. domi sua panem habere quævis mavelle, quàm muros, numos,*  
*quàm*



368  
quàm pulices, & (3) nos concludimus; Si vis & valor numero-  
rum unice hominum opinioni & statuto communi accepta fe-  
renda sunt, etiam ex alia quavis materia monetam constare  
posse. Si tollatur inveterata illa hominum opinio, quã aurum  
argentumq; adamant, & vice eorum as, plumbum, ferrum, co-  
rium lignum amplecti cœperint, sicut in *Tartaria* monetam  
ex papyro in forma quadrata, cui Regis signum impressum erat,  
facta esse, testatur *Heidolus in Histor. orient.* vel de cortice mori,  
ut tradit *Paulus Venetus l. 2. c. 21.* Numam Pompilium Romano-  
rum Regem ferreos quoq; non solum cudisse nummos, verum  
& scirteos, ligneos & ostreaceos in congiarium dedisse legim9,  
ut ita & veteribus coriaceam & scirteam monetam incognitam  
non fuisse certum sit, teste *Alex. ab Alexand. diar. genial. l. 4. c. 15.*  
& *Wolffango Lazio*, qui in suo Commentario de *Rep. Rom. c. 3.*  
expressè annotatum reliquit, in Germania tempore militæ talẽ  
scirteam s. e. ex corio bubulo factam monetam fuisse, quamvis  
etiam nunc vivunt, qui citra belli necessitatem eam viderunt,  
anno 1620. quò in Ducatu *Brunsvicensi* propter defectum minu-  
tioris argenti, istiusmodi coriacea pecunia valuit.

IV. Verum enim vero, dum monetam instrumentum ex  
numero utilem, quod usum in vita facilem & expeditum ha-  
beat esse statuimus cum *Aristot. 1. polit. c. 6.* Licuit hoc quidem  
*Brunsvicensibus* aliisque multò vetustioribus gentibus, ut viliori  
ex materia monetam euderent, attamen eorum valorem ad ex-  
teros extendere non poterant, aut quicquam istiusmodi nu-  
mis ab exteris petere. Cum unum sit, ut *Philosophus 5. Ethic. c.*  
*8.* subjicit, quod cetera omnia oporteat metiri, scil. usus sive uti-  
litas, cui dein subvenit hominum opinio, quæ ex indigentia ori-  
tur. *Arist. 5. Ethic. 5.* cum quo per omnia concordat. *Paulus in d.*  
*l. 1. ff. de contrahend. emt.* ubi ita: sed quia non semper, nec facile  
concurreret, ut, cum tu haberes, quod ego desiderarem, invicem  
haberem, quod tu accipere velles, electa materia est, cujus publica  
ac perpetua æstimatio difficultatibus permutationum æqualitate  
quantitatis subveniret, eaq; materia formã publicã percussa, usum,  
dominiumq; non tam ex substantia præbet, quàm ex quantitate.



*nec ultra merx utrumq; , sed alterum precium vocatur.*

V. Ut autem ita constituta moneta ubique valeat, necessum est, ut succedaneus, & , ut ita loquar , *vicarius ille indigentia* nummus scil. ab omnibus aut plerisq; constitutus sit *Arist. d. c. 5. ad Nicom.* Ut ut enim verum est, horum æstimationem principaliter olim non pependisse ex naturali earum perfectione, nobilitate essentiæ, aut ex quacunque denique quantitate physica, usus tamen & utilitas illa, quam super *indigentia* commune *statutum* hominis & *opinio* introduxerat, hîc omnino erat advertenda. Tantum enim una Natio non potuit, ut sua moneta valeret ubique, quamvis ei nihil deesset, quoad bonitatem intrinsecam, uti moneta *Artheniensium* bovis figurâ vel ad memoriam *Marathonii Tauri*, vel Regis *Minois*, vel veterum commerciorum signata, non valuit fortè Romæ, aut minoris: Alibi, ut in Persia, sine dubio nihili.

VI. Et hæc, quæ de prisco nummo non signato, ejusq; usu dicta, cadunt item in formam nunc signatam, valorem atque æstimationem. Utrumque enim conjunctim identitatis ratione ex instituto hominum progreditur, ut materia τ& Nummi non possit esse sine forma adæquata atque propria, quæ nunc consistit partim in inscriptione vel signatione, partim figura, quæ etiam nunc vel rotunda, quadrata aut ambigua, ut ita ferè cuduntur in Hispania *stüek von Achten / Real* uti vocantur, vid. de figura nummorum *Leonard. de Portis. lib. 1. de sestertio.*

VII. In hunc autem finem inventa demum & addita hæc forma est, ut homines molestiâ ponderandi (qui mos maximam partem obtinet adhuc in *Livonia*, *Svecia*, ubi pecunia cuprea ejus magnitudinis est, ut facilius possit & citius ponderari, quàm adnumerari) levarentur. hoc enim primitus monetæ valor constabat. ut loquitur *Aristot. 1. polit. c. 9. primò simpliciter (argentum) magnitudine & pondere definitum est: postremò vero nota impressa, ut à ponderandi molestia liberaret. nota enim posita est quantitatis signum.*

IIX.



369

II X. Fuit hæc forma apud veteres varia plerumq; ab eorum insigniis deducta, qui monetam cudi fecerunt, ita Philip-  
 pus Rex *Macedonia* monetam sua effigie signavit, unde *nummi philippici* dicti sunt. Idem fecit Darius, unde *Darici*. Quos se-  
 cutus quoque est Constantinus, dum manibus panis instar  
 cœlum præcantis in moneta videri voluit. *Herod. l. 4. Eusebius*  
*in vita Constant. c. 15.* Sic *Mytilenai Sapho* in seulpserunt, *Homerum*  
 monetæ suæ. *Chij, Dardani* Gallorum pugnam. *Regini* leporem,  
*Cephalæi* eqvum, *Argivi* murem, teste *Julio Polluce l. 9. c. 6.* Apud  
*Hebræos* nummos agni imagine notatos fuisse arguit vox, quæ  
 habetur. *v. 19. Gen. 33.* Siclæ verò Hebræorum communiter im-  
 pressa erat una in parte imago urnæ, quæ contineret *mannam*  
*Israëitarum* cum inscriptione: *Siclus Israël,* in altera verò flo-  
 rentis *Aaronis* virgæ effigies cum hac inscriptione: *Jerusalem*  
*sancta.* Apud *Romanos* verò in pristinae usuræ memoriâ & ex-  
 emplum *Thesei Arbeniensium Regis, Serviû* primùm aream mone-  
 tam (sub *Numa* enim tantum rudis æris usus erat) figurâ bovis  
 signavisse testatur ex *Plinio Bod lib. 1. c. 10.* Quæ tamen forma diu  
 non perstitit, cum abinde *Triumviri* monetales nummos pu-  
 blicos arbitriò ac beneplacitò suò signarint, quamdiu fuit po-  
 pulare Imperium, adjectis hiscè literis: *I. I. I. V. I. R. I. A. A. F. F.*  
 quas quidâ *Gallus* ita interpretatus est. *ere, argento, auro flavo se-*  
*runtio.* quæ corrigiit *Bodinus* hoc modo: *Triumviri auro, argento,*  
*ere flavo, serundo. d. lib. 1. c. 10. de Rep.*

IX. Sed cum post, formâ Reipublicæ immutatâ, Imperi-  
 um ad unum rediisset, jus quoque illud *cadenda moneta* arbi-  
 trarium, mox proprium summæ potestatis Imperatoris factum  
 est. ut patet ex edicto *Constantini* in *l. 2. C. de fals. monet. derivatum*  
 que felicitè in Imperatores nostros sacratissimos (aliosq; Re-  
 ges ac Principes). Qui etiam formam illam arbitrariam, certam  
 atq; legitimâ, quâ *intrinsecâ* quâ *extrinsecam* quâ semper & u-  
 nicè præscribunt. Qualem in Imperio habemus ex *Recess. Au-*  
*gust. de anno 1559. in ordinat. monet. Ferd. I. S.* Wir aber vor  
 gestelte sorten Idq; nec injuriâ, cum Imperatoris Majesta-

tis



eis sit praeavere, ne quid Respublica turbetur, aut detrimen-  
tum capiat, quod ex alia re vix promptius, quam ex moneta sub-  
oriri solet, ut loquitur in consimili Imperator *in edict. ii. ut pon-*  
*deratores & monetarii in praef. versideo & c. ita vero. 3. §. aliis porro*  
*vers. rem perversè coeptam.* & maximas turbas in Oriente ex dif-  
ferentia veteris numismatis ad normam *l. i. C. de vet. numism.*  
*potest.* percussi, & recentiorum principum, ortas esse, his verbis  
testatur *Nov. Leonis 52. Quantum inde in communibus negotiis no-*  
*vitatis, quantum item detrimenti, quod cum ad omnes, tum pra-*  
*ecipue ad pauperiores, potiusq; auxilio & defensione indigentes per-*  
*tineat, extiterit &c.* Eaque cura cum primis hoc tempore,  
principibus incumbit, ubi pecunia nudum instrumentum am-  
plius non est negotiationis sed *merces*, imò negotiatio ipsa,  
*contra l. i. ff. de contrab. emt.* ut patet in mutuo, quod excitavit  
nummulariorum & camporum exercitium; Quamvis & hanc  
ipsam negotiationem in mutuo veteribus quoque incognitam  
non fuisse exinde probat *Heigius*, quod olim, qui pecunia à foer-  
nerationibus accepta usi sint, dicti fuerint conductitios habere  
nummos, quasi nummi utendi fruendi dati fuissent certa mer-  
cede. *videatur ipse Heigius p. 2. q. 1. n. 41. & 48. & Tholosanus in Syn-*  
*tag. Jun. lib. 36. c. 2. n. 27.* ubi multa eleganter ad hanc commenta-  
sus est.

X. Refert *Vopiscus*, Imperatoris Taciti legem fuisse, quâ o-  
mnis omnino metallorum confusio fuerit prohibita, indictâ  
capitali poenâ. Quæ si in lucem & forum revocaretur: & ad  
consilium *Bodini* nec in minutis quidem nummis miscerentur;  
Insuper in singulis Imperiis una tantum *officina monetaria* cõ-  
stitueretur ad imitationem Romanorum, qui unam tantum  
habuerunt in templo *Junonis*, & *Regum Anglorum*  
institutum, qui nullibi alibi, quam in turri  
*Londinensi* monetâ signari passi sunt? Præterea *Marii Grati-*  
*diani* Tribuni plebis rogatione *schola probatoria* institueretur,  
in qua nummi sedulo examinarentur, poteramus sperare mo-  
netam non depravatam iri, nec inde turbas prognascenturas. At-  
tamen cum & ipse *Bodinus* fateatur ad normam præscriptam,  
quam



370  
quam *aloy*, vel ligaturam vocant, rectissimè quoq; metalla mi-  
sceri in *Anglia*, *Hispania* & alibi, quòd aurifices (quos ob id vo-  
cat improbos, imò pestem latissimè grassantem) sapiùs con-  
querantur, aurea vasa sine jactura conflare non posse ex auro,  
cui ad summam bonitatem tantum duo *ceratia* desint; Porro  
apud nos pluralitas illa officinarum illorumq;, qui flando ære  
feriundoq; præsumt evitari non possit, spes hæc in tantum qui-  
dem deponenda, magisq; allaborandum, ut terminus huic li-  
gaturæ positus observetur, modusq; ligandi à nobis cognosca-  
tur accuratiùs, ut si casus postea ingruat, in promptu malum  
avertendi sint remedia.

XI. Ad Regalia & summa jura potestatis dum *jus monete*  
*evidende* referimus, indubium fit, nec aliunde, quàm à consti-  
tuyente eandem posse immutari. At cum tota die contrarium  
appareat, etiam non ita diu priori Anno Dantisci se stiterit;  
Mutationem respectu personarum duplicem facimus. Alteram  
autoritatis publicæ, alteram privati & furtivi moli-  
minis, quam *depravationem* propriè nuncupamus.

XII. Accidit istiusmodi depravatio, quando præter con-  
cessionem privatus aliquis hoc jus cudendi sibi arrogat, impro-  
bos nummos producit, aut probos imminuit, corrumpit, cir-  
cumcidit. *l. 1. § 2. C. de fals. monet.* Cui crimini pœna est consti-  
tuta varia pro ubique locorum recepta consuetudine. *Apud Æ-*  
*gyptios* manus amputabantur ambæ. *Sveci* adulterinam mone-  
tam liquefactam mittebant in falsarios vivos. *In Gallis* coquū-  
tur injecti oleo ebullienti. In Imperio nostro præter crimen  
falsi & peculatus *l. Cornelia* 9 ff. ad *L. Corn. de fals.* etiam Majesta-  
tis tenentur: *Qui jussa majestatis avaritie cecitate contemserint*  
*& æternales vultus, dum fraudibus student, violare duxerint, ca-*  
*pitali supplicio puniuntor*, uti rescripserunt Impp. Gratianus, Va-  
lentinianus & Theodosius in *l. ult. C. de vet. numism. potest.* Imò  
de jure novissimo igne comburuntur *d. l. 1. § 2. C. de fals. monet.*  
quib9 adde *Constitut. Crimin. Caroli V. art. 3.*

XIII. Actione verò hujuscemodi adversus adulterum in-  
stitutâ, in *probam* deducebantur tria, pondus, forma & mate-  
ria.



ria. per l. 1. C. de veter. numism. pot. Constit. Crim. Carol. V. art. 50 ad-  
ded ut nihil omnino refragationis oriatur circa hæc præsuppo-  
sita. Sed horum de materia difficultior erit probatio, præpri-  
mis, si videas veteres; ab hisce enim longe aliter & ingeniosè  
quidem ab *Archimede* instituebatur in probatione coronæ au-  
ræ Hieronis Regis *Siracusanorum*, quam fallacem tamen &  
minus expeditam existimat *Bodinus* d. c. 10. Quod nunc argen-  
tarii & nummularii *Heraclio lapide* multò subtilius faciliusque  
utantur, utut nemo & hic satis certò cognoscere possit, quan-  
tum æris aut argenti auro mixtum sit, quod circularis portio  
exterior, quâ bonitatis periculum fit ex auro argentoque puro  
esse queat, interiora verò corrupta, ut ita sapissimè deprehen-  
ditur.

XIV. Monetarum mutatio auctoritate publica quæ fit &  
proprie *mutatio* sicut altera *depravatio*, dicitur. Illa quæ speci-  
aliter fit Principibus reservata dubium non est per d. l. 2. C. de  
*fals. monet. c. un. quæ sint Regal.* Attamen statum nostrum Roma-  
no-Germanicum si videas, hæc ipsa potestas *Recessibus Imperii*  
*de anno 1559. ordinat. monet. Ferd. I. vers. Und nach dem die*  
*frembden* & singulorum capitulationibus ita limitata atque  
circumscripita est, ut justam monetam Imperatores nostri non  
tantùm sine gravi & urgente causa ac Electorum consensu mu-  
tare non possint, sed etiam teneantur de Electorum approbati-  
one & auctoritate eidem certam ac legitimam formam atque  
valorem præscribere. Quamvis & in hisce Electorum auto-  
ritas diminuta videtur *pace Osnab. art. 8. verb. Und solle dies*  
*ses und dergleichen hinfüro weiter nicht gesche-*  
*hen oder nachmals zugelassen werden/ es sey den*  
*von samptlichen Ständen auff einen freyen*  
*Reichstag bewilliget.* ubi præcedentia omnia, quæ non  
solùm in consilium Electorum deducebantur, sed quoque inibi  
decidebantur olim, sunt ad Comitium universalium tracta, quæ ut  
generalia comprehendunt utique & hunc casum specialem.

XV.



371

XV. Quamvis & Regulariter nulli Principum magis licitum esse mutare monetam quam aliquem occidere, dicat Bodinus d. loc. nisi false moneta fabricator quam Princeps audire mavelit, & ad interesse populo teneri, sine cujus consensu mutata moneta est, quod Princeps valorem utiq; pecuniæ mutare quidem posse videatur, non tamen obligationes contrahentium, ut ita audacter quidam asserunt, quos refert Brunus de monet. augm. & dimin. in 1. pres. n. 4. Et ejusmodi perniciosas monetarum mutationes omnino vetitas esse præoptat, svadet, imò de facili quoque vitari posse gravissimè pariter atque piè demonstrat. Magnif. Dn. Carpzov. c. 8. ad Leg. Reg. sect. 7. his verbis: Quia moneta ejusmodi atq; valoris mutatione multò majori incommodo subditi premuntur, quam si certã aliquã collectam exolvere coguntur, lögè est satius in ejusmodi necessitatis casu collectas & tributa à subditis exigere, quã occultò remediò minùs salutarì ipsos exugere. Quæ sententia vel ex hac ratione subsistit quòd ex officina nummaria Principes nihil prorsus lucri capiant, aut certè nihil capere debeant, sed potius sumtibus propriis atq; expensis hoc præcellens Regale exercere, ceu existimat Budell. d. lib. de art. cud. 1. c. 6.

XVI. Tandem respectu subjecti ipsius nimirum nummã quadrifariam consideranda venit mutatio. Nam vel (1) prorsus usibus & oculis humanis exempta moneta est; vel (2) in oculis quidem adhuc est, at reprobata prorsus. Vel (3) non est abrogata penitus, at mutata intrinsecè, Aut (4) extrinsecè. Quibus positis in haud levem disputationis aliam solutiones debitorũ conjici, dubium nullum est, & attestantur tot huic negotio lata saluberrima statuta atque leges quot casus (præter quos natura novos quotidie edere, proh dolor, / deproperat) mens humana prævidere atque comminisci potuerit. De quibus ut nos ordine, præmittimus primò Regulam illam generalem: IN CAMPO MONETARIO TEMPUS CONTRACTUS RESPICIENDUM EST. ut moneta eadè ex natura mutui restituatur ejusdemq; generis & bonitatis, ponderis & mensuræ, prout mensurari, ponderari sive vit, aut numerari. pr. Inst. quib. mod. re contrah. oblig. l. 1. §. 2. ff. de O. & A. l. 3. ubi DD. ff. de reb. ita scil. ut in terminis meri & natura-



lis mutui aurei pro aureis, argentei pro argenteis, & quidem  
certæ formæ in eadem forma. *arg. l. 99. ff. de solut. restituantur.*  
invito namque creditori aliud pro alio solvi nequit. *per l. 2. §. 1.  
ff. de reb. credit. si certum petat.*

XVII. Sed contra hanc regulam primùm producimus ipsi-  
sima verba *Magnif. Dn. Carpozovii ex c. 2. Asyl. Deb.* restituendum  
creditum secundum eam monetæ æstimationem & valorem,  
qualis fuerat tempore contractus, adeò ut thaleri Imperiales a-  
liaque monetarum species non plaris nec minoris æstimentur,  
quàm juxta valorem tempore contractus usitatum, idq; sive bo-  
nitas monetæ *intrinseca*, quâ ipsam materiam: pondus ac for-  
mam volumus notatam *l. 1. ff. de contrab. emt. l. 1. C. de vet. numism.  
pot. sive extrinseca*, quæ in solo consistit valore, mutationem  
aliquam fuerit passa, adeò si fortè pecunia in moneta summi  
valoris fuerit elocata, ut hoc contigit tempore illo æruscoso  
annis abhinc 30. quo alibi thalerus Imperialis 10. alibi 15. imò  
20. florenis æstimabatur: non nisi ad æstimationem quæ fuerat  
contractus tempore, restituatur creditum, non quidem secun-  
dum positam regulam in eadem forma & moneta &c. Contra-  
riâ namq; & communi consuetudine propter multifariam illâ  
formarum mutationem receptum est, ut una nummorum spe-  
cies vice alterius fungatur, & creditor cogatur etiam in alia  
(nisi aliter conventum sit) solutionem accipere, *per l. Quæ ex-  
trinsecus 65. ff. de V. O. l. unic. C. de argent. pret. quod thes. infert. mo-  
dò, ne damnum patiatur argumento à contrario sensu ducto ex  
d. l. 99. ff. de solut. cui nihil obstat d. l. 2. ff. de reb. cred. cum in pecu-  
nia non corpus, ut in vino, sed æstimatio consideretur per l. 30.  
ff. de auro & argento leg. & hæc sententia quoq; comprobatur  
Edicto monet. Ferd. II. Anno 1620. spira facto vers.*

**Wie solcher  
einbelliger rechts schluß.** cui ad stipulatur *Nov. Aug. 28. p. 2.*  
XVIII. Cæterum, huic tum vitandæ tam varia pacta de certa nū-  
morum specie solvenda solutionibus adjiciantur, palam fit, re  
totam facti magis speciem referre, quàm ut in juris finitionib9  
consistat: misso igitur Dd. Labyrintho, qui dum variam mo-  
netæ



372  
netæ intemperiem suis commentitiis decisionibus & consiliis propinant, nihil pensi habere demonstrant, quàm ut ex jure factum videatur, cum tamen ex facto jus nascatur, ut Cothm. contigisse asserit Knichen *de jur. Sax. non prov. verb. Duc. c. 5. n. 319.* nec Dædali opem ad hæc implorare conabimur, idq; nunc multò magis quòd auctoritatum pluralitas fermè ipsam veritatem superasse *test. Zang. de except. p. 3. c. 1. n. 169.* nedum incertam solutionem fecisse videatur.

XIX. Ut ne igitur iisdem implicemur erroribus, distinctè quadruplicem illam mutationem videbimus, solutionemque ex inde retundantem illam adeò controversam deducemus sedulò & quidem *Primò*. Quando pecunia credita penitus in usu esse desit, *attamen certò constat* de ejus valore atque æstimatione, tunc sine omni dubio solutio fieri potest in alia moneta, sed ejusdem bonitatis extrinsecæ, quæ fuit tempore contractus. *d. l. cum quid 3. ff. de reb. cred.* hinc enim plus spectatur cursus & valor, quàm materia. *d. l. 1. ff. de contr. ib. emt. l. si is cui 94. §. sin autem sub fin. ff. de Solut. l. 2. & seq. C. de vet. numism. potest.* idq; pro dignitate formæ tanquam præstantioris & ita succedit alia moneta nova in locum antiquæ *Geil. 2. O. 73 n. 7.* ubi hanc communem Dd. sententiam esse affirmat non obstante Regula. quæ in vito creditori aliud pro alio non solvendum, enervatâ profus & non attendendâ eo in casu, ubi species credita omnino perit. *perl. non dubium 14. §. ult. ff. de legat. 3.* aut difficulter paratur. *Quando vero certo non constat* de valore monetæ antiquæ, tunc si ex alicujus numismatis veteris, quod extat, pondere, selri potest bonitas intrinseca, secundum eam, facienda est solutio in moneta, ut jam dictum alia *per text. in c. olim causa 20. X. de censib. act. & procur.* Quod si nec numisma aliquod vetus supersit, unde intrinseca bonitas notari possit, primò ex annuis præstationibus colligere jubent Dd. comm. tanquam Accessorio, quid principali conveniat. Quibus & ipsis deficientibus, cum nec præsumtionibus & conjecturis res explicari queat solutionem svadent debitori minus onerosam. *Berlich. conclus. 35. n. 12. & seqq.*

XX.



XX. Secundò si moneta quidem non ita ex usu omnino ab-  
 iit, sed adhuc reperiri potest, at formâ publicâ reprobata, cur-  
 su ejus, valore atq; usu prorsus interdictò distinctè progreditur  
 solutio. scil. si in instrumento obligationis *expressè* conventū  
 est ut thaleri non reprobati sed currentes in S. Rom. Imperio,  
**unverbothene und im heiligen Römischen Reich**  
**genge und gebe Thlr.** restitui debeant, secundū tenorē  
 & obligationis efficaciam strictè non aliis nisi *bonis currentibus*  
*in Imperio thaleris* solvi oportet debitum. Imò nihil quoque ob-  
 stat, quò minus alterius Principis thaleris solutio fieri possit:  
 modò tamen generaliter loquatur obligatio **von Reichs-**  
**thalern**; et non in specie de Joachimicis &c. recipit namque  
 hoc casu unus thalerus alterius functionem, *per ea que tradit*  
*Col. process. execut. p. 1. c. 10. n. 9.* Cæterum si species certa in obli-  
 gatione expressa (**Merckische groschen**) eaq; vel ut adul-  
 tera, & minus bona (ut hîc factum) reprobata est, debitū nō in  
 hac reprobata moneta, sed in alia zdū æstimationē atq; valorē  
 illius reprobatae, qualis fuit tempore contractus restitui oportere  
 itidem concedunt communiter, quòd ejusmodi reprobata  
 planè sit illegitima, & pariat aliquid refragationis *contra, d. l. i.*  
*C. de vet. n. pot.* Quo casu reprobata recipere nemo tenetur,  
*per text. elegantiss. in l. eleganter 24. §. qui reprobos nummos. 1. ff. de*  
*pign. act. & hoc etiam procedit de jure Saxon. Landr. lib. 3 art.*  
*40. ibi gloss. & probatur quoq; Recess. Imp. Noviss. de anno 1630. Au-*  
*gust. §. Die weiln nach vielgehabten händeln.* attamen si reprobata est non propter prædictam causam sed aliam,  
 etiam Principis avaritiam; neq; in perpetuum, sed ad certum  
 tempus abrogata. Solutionem fieri posse in reprobata nisi de-  
 bitor fuerit in mora, aut culpa DD. disputant. Quibus nos  
 oppidò contrariamur, aded ut creditor nunquam recipere te-  
 neatur solutionem in moneta reprobata *per d. l. eleganter. 24. §.*  
*qui reprobos. ff. de pign. act. d. c. olim causam. 20. c. cum canonicis 26.*  
*R. de censib. Magnif. Dn. Carpzoy, d. constit. 28. p. 2. def. 3.*

XXI.



373

XXI. Devenitur, tertio ad species mutationes proprie sic dictas, (duobus namq; prioribus casibus non tam mutata moneta est, quam profus abrogata & è medio sublata) quarum prior dicitur mutatio *bonitatis intrinseca*; consistentis in materia, forma & pondere *per l. 1. ff. contrah. emt. l. 1. C. de veter. numism. pot.* Quam tunc accidere dicimus, quando pecunia magis are contaminata est, quam ante fuerat. **Wann Schrot und Korn an der Münz gemindert.** *Berl. p. 2. concl. 35. n. 3. Magnif. Dn. Carpz. p. 2. Const. 28. def. 4. n. 12.* non obstante, quod alii intrinsecam hanc bonitatem valore metiantur, quod hic monetæ formam & proprium Esse conciliet, quâ sublata, nummus esse desinat. *arg. l. 9. §. sed si quis 3. in fin. ff. ad exhibend. d. l. 24. §. qui reprobos. ff. d. pign. act.* Contrarius namque & nunc communis loquendi usus à tribus jam seculis bonitatem hanc intrinsecam posuit in metalli substantia **im gehalt oder gewicht Schrot und Korn** ut probat *Knich. in verb. Ducum c. 5. n. 315. de Saxon. jur. non provoc.*

XXII. Vulgare illud, in omnibus contractibus attendi debere, quod tam tacite quam expresse actum est. Id quoq; hic locum præ cæteris omnibus sibi vindicat, nisi tamen pactum istiusmodi profus usurarium sit, omni jure quam severissimè prohibitum. *vid. l. 20. usuras. l. placuit 29. ff. de usuris.* **Policey Ordnung zu Franckfurt anno 1577. tit. von wucherlichen contracten. Torgauisch Ausschreiben von wucherlichen contracten.** Absque quo si expresse conventum inter partes est, ut istiusmodi moneta in argento vel auro, tanti & tanti ponderis reddi debeat, Parum curatur de mutationibus utcunque factis, quia conventioni standum & in conventa forma restituendum creditum, per ea, quæ tradit. *Berlich. p. 2. concl. 35. n. 33. conc. seq. n. 48* idq; multo  
ma-



magis obtinebit in *mutuo*, quicquid differentiat Molinaeus. *d. tract. q. 100. n. 817.* quia hoc natura & substantia mutui semper requirit, ut idem in eadem bonitate restituatur, etiam si hoc *expressè* actum non sit per *text. in l. cum quid. 3. sub fin. ibidemque Dd. comm. ff. de reb. credit.* deinde fieri nō possit ut taciti major sit effectus quàm expressi, pactūq; heic mutuo adjectū habeatur superfluum. Quamvis & hæc ipsa regula fallat, cum promissa species amplius reperiri nequeat, aut non nisi magno & immenso sumtu comparari, tunc enim *semper* & in alia quoque moneta usu recepta ad valorem tamen intrinsecum antiquæ monetæ, qui fuit tempore contractus, quin fieri possit solutio, dubium nullum est. per ea quæ habet. *Magnif. Dn. Carpz. Constit. 28. def. 3. n. 6. Mindan. lib. 2. process. cap. 63. n. 71. Coler. c. 10. p. 1. additio- num n. 25.*

XXIII. Cum itaque inter partes conventum *expressè* non sit, nec aliunde de mente contrahentium appareat & moneta in materia pondere & forma i. e. bonitate *intrinseca* mutata tantum capiat detrimentum, ut vel tota à Principe reprobetur aut etiam *extrinseca* bonitas, valor nimirum deminuat, vel, quod eodem recidit, bonitas *intrinseca* deterioretur, si- ve, quod ratio tamen accidit, etiam augeatur, ad contractus tē- pus accelerandum est iis, quibus incumbit monetarum illa tempestas, ad damnum pariter & commodum sustinendum ob- strictis, solvereque secundum valorem antiquæ monetæ, qualis contractus tempore fuerat, adeo ut minus si valeat moneta, supplere detrimentum, si plus incrementum detrahere, fas sit ne quis cum alterius jactura locupletetur sed tantundem reddatur, quantum acceptum est, ipsa Æquitate & justitiâ patrocina- nante *per sep. add. LL.* Quod ipsum & in *Camera* quoque ob- servari multis præjudiciis probat *VI offgang Hiller in respons. ju- ris ad quest. Ob ein Schuldner seinen Creditorn mit geringer Muntze bezahlen könne.* Et ipse Elector Saxon. confirmat *Nov. 28. p. 2. ad quam Magnif D. Carpz. d. const.*



28. p. 2. def. 4. & *Asyl. debit. c. 2. n. 11.* Idem quoque Dd. quos longò  
contra Molinæum agmine adducit *Berlich. d. concl. 35. n. 36. & seq.*

XXIV. In mutuo æstimationem tantum & valorem cre-  
ditum censerit *arg. l. 3. ff. de reb. cred. indeq;* videri satis ex æquo  
restitui nummos ejusdem valoris licet in materia deteriori,  
parum obest, (quamvis enim æstimatio principaliter attenda-  
tur in mutuo, per id tamen bonitas intrinseca seu ratio mate-  
riæ penitus exclusa non est, ut quæ causa & fundamentum valoris  
existit, qui pro diversitate Materie diversus quoque est. Siquidem  
in Rep. rectè constituta inter materiam & valorem justam o-  
portet esse proportionem. Unde etiam pro substantia num-  
morum vulgò jactitare solent non modò valorem, sed & in pri-  
mis materie probitatem & pondus debitum, *ut patet ex d. l. 1. C. de vet. numis. p. 1.* Aded ut materia pecuniæ tanti æstimanda  
sit, quanti aliàs valeret publico caractere non percussa. uti e-  
legantè satis deducit *Magnif. Dn. Carpz. p. 2. const. 28. def. 4. n. 7. Asyl. Deb. c. 2. n. 7. & 8.* Cui adde *Budell. in tract. de mon. l. 2. c. 1. n. 11.*  
ubi non veretur expressè pronunciare omnes Dd. attestati, imò  
totum quasi mundum loqui qualitatem & quantitatem mate-  
riæ i. e. preciositatem ac pondus formam extrinsecam & indicatura  
multis partibus præstantiorem esse.

XXV. Succedit deniq; mutatio ultima *bonitatis* nimirum  
*extrinseca*, quæ consistit in valore impositio, cursu, æstimatio-  
ne, & usu monetæ **in werdirung und** valuation, **da der**  
**werth gâng und gebe.** Und also bonitas intrinseca  
**verendert wird / dadurch die Münz gesteigert /**  
**fället oder gar abkomet.** Circa quam mutationem à cõ-  
muni Dd. sententia, quæ æstimationem dirigendam censet ad  
tempus solutionis (per ea quæ habet *Geil. 2. Observ. 73. n. 9. secun-*  
*dum quam & in Camera judicari attestatur Kohl lib. Exerc. 19. n. 2.*)  
divortium facimus, *Azene* admonete in suis *brocard.* & mã-  
dato *Serenif. Elect. Sax. in Nov. 28. p. 2.* ubi ad Azonis quoque mē-  
tem reduxit ad tempus contractus æstimationem tanquam æ-  
quitati & fundamentis juris magis consentaneam. Immotæ

C

nam



namq; & Panacæ Regulæ eam solutionem etiam hîc flagitant,  
quâ nihil creditori abesse, nec plus, quàm abest, ei dari debeas  
*per l. in perpetuum 61. ff. de solut.* quod fit, si in eadem bonitate  
restituatur, qua mutuo datum est *per d. l. 3. ff. de reb. credit.* & ita  
reddatur tantundem, quantum acceptum est. *per l. 99. ff. de solut.*

XXVI. Sed missa opinione hac contraria, quam luculen-  
ter refutatam vide ap. *Berl. p. 2. Conclus. 36. à n. 1. ad 8. inclus.* mi-  
nimè tamen Eidem & *Zangero p. 3. d. c. 1. n. 180.* assensum præbe-  
bimus in eo, ut secundùm *Nov. 28. d. p. 2.* debitor si monetæ valor  
accrevit, incrementum deducere potis sit. Cùm Sereniss. Elector  
*simpliciter* tempus contractus respiciat, adeò ut si contractus  
tempore thalerus 24. Gr. valuerit, tempore solutionis auctus sit  
ad 30. Gr. Creditor non pluris quàm pro 24. Gr. recipere tene-  
atur; Contrà si tempore contractus thalerus æstimatus fuerit  
28. Gr. qui solutionis ad 24. Gr. decreverit, debitor singulis  
thaleris 4. Gr. superaddere cogatur; ita ut nec pluris nec mino-  
ris æstimetur thalerus, quàm valuerat tempore contractus per  
ea, quæ deducit *Magnif. Dn. Carpz. atq; præjudiciis firmat d.*  
*Const. 28. def. 5. n. 10. & d. Asyl. debit. c. 2. n. 16.* ubi egregium quoque  
respondum affert *Pet. Wesenbecii*; ejus conclusio hæc est,  
**Wann man anders hierinnen respondiren wolte/  
oder die Sache anders erörthern, so geschehe un-  
recht und** contra *l. 99. ff. de solut.* unde & huic sententiæ adsti-  
pulandum esse monet *Magnif. Dn. Carpz. d. def. 5.* nisi communè  
errare errorem mavelimus, insignemq; creditori injuriam fa-  
cere. Namque cùm excessus valoris in moneta grossa incor-  
rupta, (ut olim in thalero) secundùm etiam eos, qui tempus  
solutionis respiciunt *proprie & verè augmentum* non sit, sed  
tantùm commensuratio deterioratæ bonitatis intrinsecæ in  
minori moneta; deinde olim monetâ illâ grossa (thalerò  
scil.) tantundè mutuatariorum lucrari potuerit, quantum creditor  
nunc possit, thalero aucto extrinsecè, quoad pecuniam minu-  
tio-



375

tiorem, cum pretia rerum ubique irrefragabiliter quoque ac-  
crevissent, certe creditor non levi jactura afficeretur, si augmē-  
tum illud detraheretur fictitium. Damnum enim est diminu-  
tio patrimonii per l. 3 ff. de dam. infect. quod certe contingit,  
cum minus quis accipit, quam dederat, adversus quæ nō stabit,  
quod aliàs obicitur pecuniam tantum usum dominiumq; sui  
præbere ex d. l. 1 ff. de contrah. emt. Si ei opponas l. 1. C. de vet. nu-  
mism. pot. secundum quam illi demum qui justis ponderis & spe-  
ciei probæ sunt, usum præbent sui, valorque ille tunc saltem cō-  
sideratur si materiæ probæ & ponderi unitus fuerit. ut eleganter  
hæc demonstrant *Wittebergenses in consilio monetali vers. 3. in fin.*  
*§ 32. in fin. v. 40.*

XXVII. Dicitur quidem jam supra est, quod contra Regulam  
positam etiam invito creditori in alia moneta rectè possit fieri  
solutio, secundum æstimationem in utraq; mutatione, proprie  
scil. sic dictâ, æquabilem, ita, ut pro auro argentum & æs re-  
stituatur, militante sic totius mundi consuetudine, teste *Cur-  
tio*. Quod procedit firmiter nisi vel impediatur, id quod creditor  
ut dictū, damnum patiat per d. l. 99. ut hoc etiam contingit,  
si cui magna summa foret solvenda, pecuniâ minutiori, quæ  
non tantum ad gestationem, sed multis aliis de causis esset gra-  
vis & onerosa, Hanc enim non tenetur admittere secundum  
*ordinat. monet. Imp. Ferd. I. Anno 1559. August. promulgatam in §.*  
**Die jehgemelten / was unter den Fünff Krau-  
hern soll niemand verbunden seyn / solcher Mün-  
ze über 2 5. fl. in bezahlung oder für wehrschafft  
zunehmen.** aut quod pacto convento prohibeatur debitor a-  
lia moneta solvere ut itidem hac de re cautū est in *d. ord. monet.*  
*eod. §. vers. aber was hie bevor auf Gold getheidiget.*  
Quod nimirum ut in aliis rerum traditionibus, ita & hic pactis  
conventis irrefraganter standum sit l. 48 ff. de pact. de quibus pa-  
ctis ordine sic flagitante seorsim & particularius nunc paucis  
juvat dispicere.



XXVIII. Quando itaque in genere aut etiam in specie dan-  
tur mille thaleri 1000. unverschlagene unverbothene  
vollwichtige harte thl. jeden zu 24. gr. den gül-  
den zu 21. gr. Meißnischer Landeswehrlung/oder  
jede thl. zu 18. baze den gülden zu 60. Kreuzer Frän-  
kischer wehrlung/ wie die zur zeit d' zahlung gäng  
und gebe seinwerdē/ oder 10 thl. Gößnisches Pa-  
pyments (id est wehrlung/ uti explicat Budell. d. tr. c. 25. n.  
6.) gutes Silbers schwer am gewicht: Vel quod i-  
dem erit, si dicatur simpliciter in obligatione solutum iri debi-  
tum moneta corrente sine additamento tamen *in tempore solu-  
tionis*, tum enim *utrovisq;* & quacunque mutatione interveniē-  
te facienda est solutio *moneta corrente* secundum aestimatio-  
nem tempore contractus initam: Quin imò etiam *aliã*, quam  
*currenti*, si nihil pactum est; aded ut valore aestimatae pecuniae  
diminute, nec si velit quis, possit *in specie* corpora restituere,  
sed cogatur detrimentum supplere debitor. ut anno 1624. in  
Dicastrio *VVitteb.* responsum esse attestatur *Schultz. d. c. 4.* Quod  
nimirum & cursus monetae hic attendendus sit regulariter per  
*d. l. 1. ff. de contrab. emt. l. 34 §. 2. ff. de legat. 1.* & aestimatio illa ipsa  
rem conventam qualificet *l. ult. C. de dot. promiss.* nec non tempus  
contractus ita flagitet per regulam in *l. 8. C. de rescind. vend.* quã  
imperat servandam summa æquitas *d. l. 99. ff. de solut. vid. Knichen  
d. l. n. 349.* ubi dicit, implicari contradictione qui dicunt thale-  
ros aestimari sive taxari quidem, at non modò taxativò aut ta-  
xativè. Contra quæ notandum tamen est conventioni stare &  
corpora solvi oportere, etiam aestimato accepta, si quis ita ex-  
pressè recepit, se quidem 100. thaleros 24. gr. valentes accepis-  
se; attamen velle integris duris & uncialibus solvere tum tem-  
poris currentibus, idque ex rescripto DD. *Max. & Dioclet. in l. 21.  
C. de jure dot.* Aded scilicet clausula illa posterior promissionis  
prævalet atque derogat aestimationi antè factæ, solutionique  
mo-



376  
modum formamq: praescribit *l. 50. ff. de legat. i. vid. Magnif. Dñ. Carpz. const. 29. def. 9.*

**XXIX.** Limitatur etiam haec assertio si certa species thalerorum scilicet Joachimitorum, Imperialium, Hollandicorum, Albertinorum &c. aestimata data ut restituatur *moneta corrente tempore solutionis*. v. g. Si quis 100. aureos in aureo singulos aestimatos 36. gr. mutuo dederit, tunc quia aestimatio restringitur ad tempus solutionis parum curatur tempus contractus, solvunturq; quacunq; etiam mutatione interveniente, non aurei in specie, sed secundum valuationem tempore solutionis communem pro singulis aureis 36. gr. *Geil. 2. obs. 73. n. 9. Goed. consil. 77. n. 1. & alii, quos refert & sequitur Berlich. p. 2. conclus. 35. n. 46. conclus. seq. n. 47.* quod etiam *per edictum monet. in Electoratu Saxonia* obtinet, etiam si in genere concepta sit obligatio nulla in monetae mentione facta: Conventioni enim tum praecise standum est, qua commodum pariter & incommodum ad creditorem spectare voluit debitor, qui non praesumitur renunciasse exceptioni vilioris pecuniae, nisi pro proba ac legali moneta mutuo accepta illa expedere potuisset. ut haec eleganter ponderatur *in edict. monet. Brandeb. anno 1623. S. Serner ist auch dar von Vernehmung.* quod tamen non obtinet in creditore, qui probam & legalem monetam mutuo dederat. ille enim de communi sententia Dd. non tenetur viliores recipere pecuniam, sed necessum est, ut sit legitima, quae debeat reddi quod improba nomen pecuniae ne quidem meretur, ut est *in l. 24. §. 1. ff. de pignor. act.* Nec porro praesumatur creditor renunciasse exceptioni grossioris monetae, cum praevidere non potuerit subsecutam depravationem, unde iniquum foret contra ipsius mentem arusciosam illi pecuniam reddere, cum insigni ejus detrimento, quod sciens volensque debitor priori casu in se receperat. Cui igitur, cum grossiori moneta solvere forte cogatur, nulla ut volenti fit injuria, quod sibi imputare habeat, quod consenserit in casum, quem maxime praescire potuisset.



*l. 1. in fin. ff. de act. emt. l. 145. ff. de R. J. Quæ sententia probatur in  
 edict. monet. Ferd. II. ad iudices in hæreditariis suis provinciis an-  
 no 1625. §. Zum sechsten* ubi expressè ita disponit circa cre-  
 ditorem, cum restrictione tamen hac, nisi ipse creditor debitum  
 denunciasset tempore æruscoso & ita solutioni intervenienti  
 ansam dedisset; aut etiam sine protestatione debitum viliori  
 moneta solutum recepisset, debitori quietatione facta tunc e-  
 nim cum consensisse in præsens videatur firma valiq; est solu-  
 tio. *ibid. §. Zum fünften. §. Zum Siebenden.* Quibus  
 adde *Magnif. Dn. Carpz. d. const. 28. p. 2. def. 10.* quam tamen dolosa  
 persuasione debitoris factam nõ profuturam existimat *Schultz,*  
*d. l. c. 4. p. 164.* in tantum, ut creditor hoc casu ex clausula gene-  
 rali vereq; salutari, *si qua mihi iusta causa videbitur. l. 1. ex quib.*  
*caus. maj.* in integrum restituatur communi Dd. calculo, quod  
 dolus prodesse non debeat. & sic pronunciatum *Witteb. testa-*  
*tur.*

**XXX.** Immota quidem Regula est, quòd in alternativis u-  
 num fieri sufficiat, ut si debitor obligatus *vel* in thaleris solve-  
 re, *vel* in aureis, alterutrâ monetâ solvens liberetur, attamen  
 ad eum casum non extendenda, ubi *æstimationis* non *taxationis*  
 sed tantum *demonstrationis* causa adjecta est, quod vel ex tenore  
 instrumenti dignoscitur, scil. quando in instrumentis thale-  
 ri æstimationis præsentis temporis deprehenditur, tunc enim ver-  
 ba non referuntur ad aliquam taxationem, sed stant in vim a-  
 licujus demonstrationis de præsentis in hunc finem, ut sciatur,  
 de quibus thaleris actum sit, cum non una omnium sit, nec u-  
 biq; æstimationis eadem. Est autem istiusmodi æstimationis for-  
 mula apud *Zang. de except. p. 1. c. 3. n. 186.* talis: **hat geliebtes**  
**100. Thlr. deren ieder 24. Silbergröschchen guldig.**  
 Cui haut ab simile multum est, quando scribitur thaleros æsti-  
 matos quidem datos esse, at cum clausula *si creperint & decreve-*  
*rint,* quæ clausula frustra adjecta non præsumitur, semper enim  
 verba adjecta debent aliquid operari. *l. 109. ff. de legat. l. c. si papa.*

10. de



377  
ro. de privileg. in 6. deprehenditur quoque hujuscemodi demō-  
stratio ex circumstantiis & præsumtionibus. ut est in *constit. 29.*  
*p. 2. vers.* **Es geben denn die umstände oder zuges-**  
**etzte worte gar ein anders.** Ex quibus omnibus si de-  
monstratio patet, solvendum quoque in *specie* est, auris & un-  
cialibus thaleris, si in obligationem deducti sunt. vid. *Magnif.*  
*Dn. Carpz. d. constit. 29. p. 2. def. 7. & 8.*

XXXI. De iis, quæ in æstimatō credita sunt alia atque alia  
est dispositio, quando in *genere* quis thaleros & aureos solvere  
promisit, valore nullō expressō, vel quod idem est in *specie*, scil.  
Joachim. **harte Reichsthl. Zochimsthl.** Aureos Rhe-  
nenses, Ungaricos, **Ungrisch und Rheinische Goldgü-**  
**den/** tunc conventioni præcisè standum est, nullā habitā diffe-  
rentiā *speciei* atque *generis*, adeò ut aliā monetā aut pecuniā nu-  
meratā solutionem acceptare creditor cogi nequeat, per eos,  
quos refert *Berl. d. conclus. 36. à n. 2. ad 13.* Si modò data monetā  
adhuc existit, nec difficulter comparatur, aliàs enim æstimatio  
intercedit. Quavis & hic promiscuè etiā extra hūc casū in alia  
moneta solutionē fieri posse statuat *Molin. d. tr. q. 92.* quod sequi-  
tur *Berl. d. cōcl. 36. n. 13.* & ampliāt, ut sive in diē, sive sine cōditione  
promissā sit, jure quoque expediri queat, in moneta alia ad æstima-  
tionē, quæ contractūs tēpore fuerat, quod in nūmo quantitas &  
valor imposititius consideretur *l. 34. §. 1. ff. de solut. l. 35. ff. de argē-*  
*to legat. l. 1. ff. de contrab. emt.* Deinde istiusmodi promissioni-  
bus semper includatur formula *rebus sic stantibus*, quā actū id  
præsumitur ut eadem, bonitate & extrinseca & intrinseca resti-  
tuendum sit debitum & ita in consimili respondet *Knichen* mā-  
ximè motus, quod, ubi aliā monetā ejusdem ponderis atque  
lige debitum restituitur, vix quispiam vel maximè scrupuloso  
& subtili iudiciō, (ut *Ulpianus* in dissimili specie ait in *l. 10. §. fin.*  
*de reb. dub.*) differentiam possit constituere, cū tantundem  
reddatur, quantum acceptum sit. vid. *d. c. 5. n. 572.* ubi & regu-  
lariter ita in *Sabaudia* obtineri satagit, ut, nisi expressim de au-  
reis



reis in auro solvendis conventionem expressum sit, quacunque  
ex causa quid debeat, lutionem in alia moneta rectè fieri  
nullo respectu habito *d.l.99. ff. de solut.*

**XXXII.** Quod si tamen certus numerus thalerorum, non ut  
*species* aut pecunia, sed ut corpora vel massa auri & argenti, da-  
tus fuerit, **wenn ein Anzahl Thl. Stück vor Stück ge-  
siehen.** non habetur ratio valoris aucti vel diminuti, sed cor-  
pora illa & eorum certus numerus erit restituendus vel in da-  
mnum vel in lucrum creditoris; Multum namque interest de  
communibus nummis, an verò de corporibus cogitaverit cre-  
ditor *d.l.94. §.1 ff. de solut. l.10. ff. de acceptilat. l.19. §.3. ff. de condict.  
indebit.* facit etiam huc Monet. Edict. Sereniss. Elect. de anno  
1623. §. **haben demnach** *sub fin. vers.* **wie an alten und  
neuen** obligationibus. & hoc etiam tum obtinebit, cum cor-  
pora certa *numerata* non sunt, modò obligatio cantet mutuo  
datos thaleros, probos, integros, certi ponderis atque valoris,  
quorum quilibet habuerit duas uncias, **Reichsthaler gut  
an Schrot und Korn / unverschlagen / wiegen /  
Loth Silbers** / quæ verba idem operantur, ac si corpora  
**stück vor stück** numerata essent, modò tamen verba hæc cõ-  
similia ut & corpora æquè in obligatione atq; in solutione ex-  
pressè cõjügantur, **Das er nicht allein solche 100. Thl.  
stück vor stück** : vel sine numero certo, **Reichsthaler  
an Schrot und Korn unverschlagen empfangen;  
sondern wolle gedachte Summa auch stück vor  
stück / oder Reichsthaler gut an schrot und Korn  
wieder zu zahlen zugesagt haben.** Vel quod eodem re-  
cidit, *relative* saltem promittat debitor, **Er wolle die Zah-  
lung thun an gedachter Münze oder obgedach-  
ter massen** *hæc enim & similibus* obligatur debitor ad re-  
stitu-



378  
stitutionem pecuniæ, ejusdem formæ, quam acceperat *Magnif. Dn. Carpz. d. const. 29. p. 2. def. 5.*

XXXIII. Sed his limitationem maximè notabilem jungimus, quòd debitor præcisè cogi non possit ad eadem corpora restituenda, sed solvere queat etiam in alia secundum valuationem tamen & augmentum tempore solutionis usitatum. de qua *vid. Berl. d. conclus. 36. n. 45.* ubi refert ita ad consultationem **Klausen von Kankawen** responsum esse ab inclyta Facultate Juridica *Witteb.* Quot tamen tum demum verum esse existimat *Schultzius d. c. 4. n. 12.* Si corpora præscripta haberi nõ possunt amplius aut difficultè comparantur; absq; quo cogi non possit creditor ut solutionem in alia accipiat, etiamsi debitor paratus sit augmentum addere. Quod etiam confirmant *Witteberg. in consilio monet. n. 30. 31.* Quæ ita ampliatur *Knichen in d. c. 5. n. 401.* quòd nec tum cogi possit debitor in conventa moneta solvere cum in infinitum fermè excreverit thalerus idq; cù primis in solutione maximæ summæ, eo n. casu judicis auctoritatem implorandam pro abusione & excessu moderando, ne prematur debitor usuris usurarum.

XXXIV. Quod dictum antea de sorte est, id in suo genere ad *usuras* quoq; extenditur, ut & illæ non minùs solvi debeant secundum bonitatem & valorè, qui fuit tempore contractùs, quã fors ipsa cui usuræ accedunt, nisi tamen sint detestabiles, de quibus & supra dictum est, & hinc omnino videndus *Schultzius d. tr. c. 4. p. 208.* quòd quæ in genere de usuris à nonnullis affirmantur, ille restringat tantum ad hæc execrabiles, *per jura ibi tradita,* quæ confirmantur in *instr. monet. Ferd. II. §. was aber zum Neunden* & ipsissimâ praxi, quã nullum ferè amplius mutuum est gratuitum, & usuræ sine omni controversia cum sorte veniunt jure eodem. Quin imo quæ de usuris dicta sunt, etiam tunc procedunt, cum mora debitoris intervenit: Mora n. nullatenus efficit ut cogatur debitor meliori monetâ solvere, quàm fuit tempore conventionis; sufficit namq; si reddatur debitum eadem bonitate, quã acceptum est. *per d. l. 3. ff. de reb. cred. §. 99. ff. de solut.* Ut ut teneatur tamen, si morosus fuerit, periculum & interesse præstare *per l. 23. §. 91. §. 3. ff. de V. O. l. 32. §. in bona fidei. l. 17.*

D

§. 3.





*S. 3. in fine ff. de usur.* Verum non phantasticum & iniquum lucrum, quod scilicet intermedio tempore, quod plurimi thaleris valebat, obtingere potuisset, nisi debitor in mora extitisset. *vid. Schultz ubi ita in Curia Wirteb. decret. testatur*, Eodem modo contra *Berl.* plerosque alios ex mente *Magnif. Dn. Carpz.* explicamus *d. novell. 23. p. 2. vers. 190 aber der Schalder.* *vid. ejusd. def. 14. § c. 2. Asyl. debit. n. 24.*

XXXV. Est tamen quandoque, ut secundum accessorium Principale quoque dijudicetur, cum forte contingat, ut de pecunia aestimato data usura soluta fuerint, duris & uncialibus thaleris per annos 30. completos Laico: 40. Clerico: *Da in l. si certis C. de pact.* Ubi interventu praescriptionis longissimi temporis & a pristina conventionem discessum & integros thaleros creditos esse praesumitur, quales scilicet solutiones annue demonstrarunt *per d. c. olim causam 20. X. de censib. l. 13. l. 16. §. 1. ff. de usur. l. 3. cum l. seq. C. de praescript. 30. vel 40. annor. Magnif. Dn. Carpz. d. const. 29. def. 6. n. 4. 5. § 6.* eaque tunc obtinent, cum certo constat de quana sorte & moneta convenierint, quod de si non constat datur terminus brevior, & sufficere statuunt quidam, si usure per 10. annos, in una eademque monetae specie vel integris thalaris solute fuerint. Alii vero per unum atque alterum annum sufficere solutionem in integris thaleris factam *arg. l. 1. C. que sit long. consuet. Berl. d. p. 2. conclus. 36. n. 38. Schultz. d. tr. c. 4 p. 224.*

XXXVI. Notandum porro est, quod haecenus in mutuis, quoad solutionem, ejusque aestimationem dicta, ad emtionem & venditionem, si ea monetarum intemperies interpellaverit, jure summo extendantur. Emittor itaque dilatione solutionis obtenta, si forte moneta mutata fuerit, solvere non potest aliter, quam secundum aestimationem, qui tempore contractus fuerat, ne scilicet in odium venditoris retorqueatur, quod in favorem emittoris fidem de precio habuerit, *l. 19. ff. de contrab. emt. sed necessum est, ut creditor recipiat citra damnum ullum atque lucrum praecise id, quod debebatur per d. l. 99. ff. de solut. l. 3. ff. de reb. cred. Magnif. Dn. Carpz. const. 28. p. 2. def. 6.*

XXXVII. Legatum quoque, quod cuidam relictum erat, qua moneta solvi deberet, questum est? quia legatum prius perfectum non videtur, quam a tempore mortis *l. 32. ff. de donat. mortis caus. nec prius ipsi cedat dies. l. 28. ff. quando dies legator. nec robur consequatur. l. 1. ff. qui testam. fac. poss. l. 19. C. de testam. sed his non attentis concludunt communiter non*

fo-



279  
solutionis tempus inspiciendum esse, sed conditi testamenti, inq; ea bo-  
nitate solvi legatam debere per l. 41. §. 4. ff. de legat. 3. l. 7. l. ult. sub fin. ff. de  
auro argent. legat. 85. l. 107. ff. de leg. 3. quibus etiã succēturiatur à præsumtã  
volūtate testatoris. Ex patrimonii nãq; cōparatione prudēs quavis modū  
legandi desumere solet futuræ mutationis prorsus ignarus, non potest  
de alia moneta cogitasse videri, quàm quæ erat in usu & commercio cū  
legaret, licet demum à die mortis debeatur l. un. §. novissimus C. de cadue.  
coll. Hinc etiam eodem modo retrahitur ut donatio ad tempus conditi  
testamenti. l. 20. ff. de mortis caus. donat. Quamvis nulli repugnabimus,  
quin si expressè de mente testatoris constet, etiam tempus solutionis at-  
tēdi possit, ut est d. isus in l. 28. ff. quando dies legator. l. 14. §. sed si alimenta.  
ff. de aliment. & cibis legat. Magnif. Dn. Carpz. d. constit. 28. p. 2. def. 8. in ver-  
bis n. ubi nulla est ambiguitas non debet admitti voluntatis quæstio.  
inquit Paulus in l. 25. in fin. ff. de Leg. 3. Quod idem ad donationes mortis  
causa extendimus: Imò ad quosvis alios contractus ex quibus pensio ali-  
qua vel pecunia danda, non saltem ex juriū generalitate, quæ nullibi  
discrimen fecit ratione conventionum ac contractuum. Sed & ex ratio-  
ne ipsa, quã dogma hoc subsistit, quod scil. nemo contractuum cum  
alterius jactura debeat fieri locupletior. l. nam. hoc ff. de condiēt. indeb. itē  
quod reddendum sit tantundem, quantum acceptum, imo quod præcisè  
debeatur d. l. 99. ff. de solut.

XXXIX. Et hisce ita tam ex juriū textibus, quam Dd. placitis de-  
ductis, quando tempore solutionis, quando item tempore contractus fa-  
cienda sit æstimatio, huic posteriori, scilicet de reducenda moneta ad  
æstimationem contractus tempore initam nisi aliud quid interveniat  
parum refragatur, quod æquale lucrum tempore æruscoso ex pecunia  
vilioris bonitatis comparare potuerit, quale nunc creditor possit grassio-  
ri, si redderetur & ita debitorem cum creditorum damna locupletari si  
viliozem illam respectu habito ad tempus contractus reddat: Commu-  
nissima enim hæc est oppositio à simplicioribus præcipuè opponi solita  
eam pro Evangelio venditantibus. Idq; tum maxime cum forte mora  
debitoris intercedat; primum namque nudi facti est, nec ulli probatum  
hactenus, cum contrarium potius recentis sit in memoria, quod præcia  
rerum



rerum omnium ita accreverint, ut unica vehes fœni tum temporis. 10. constiterit aut 15. etiã pluribꝫ thaleris, quæ unico in specie fortè emi potuerat, positò autem imò probatò lucellū aliquando ex istiusmodi pecunia apparuisse, rarissimum tamen hoc accidens neutiquam inducet assertum aliquod generale & jus, quod ubique valeat; Fortuita enim meraq; contingentia haud facient regulam stabilem, nedum transfigurabunt creditorum solutionem contra *d.l. creditorem*. Alterum verò illud de *mora* quod objicitur, refutatum vide supra §. 34. ubi insimul quid hæc operetur, liquidum est.

XXXIX. Cœtera, non renuimus, nec quidem licet repugnare, quo minus iis in locis ubi statutum municipale introductum est, contraria sententia possit consistere. quã ad tempus solutionis respicitur, de vinculo namque ejusmodi nulli ambigere fas est, quippe ab iis impositum qui & juri publico & communi rectissimè derogare possunt. Cujus generis est *Edictum illud Monetale*, quod anno 1623. in Electoratu Saxonix promulgatum est, super contractibus & literarum obligationibus per quod tamen, cum ad certum tempus tantum porrigat, jus commune plenissimè antiquatum non est, ut hoc ipsissima Electoris verba innuunt: **Wie wir denn auß obangeführten Ursachen unser Landes Constitution 28. p. 2. so fern suspendirt ins künfftige aber keines weges abrogiret, sondern allerdings in ihrem vollgültigen valor erhalten haben wollen.** Verum qui de tota hac materia in specie quoque de edictis istiusmodi plura cupit, adeat sæpius allegatos Dd. Nos, quod Electorale illud attinet, finem facimus verbis piissimis gravissimi Jcti Dn. Carpz. qui ad hoc in d. *Asyl. debit. c. 5.* ita: *Spem ea (scil. verba supra posita) nobis faciunt certissimam, jus pristinum in usum & observantiam publico edicto mox revocatum iri, quod, ut oppidò fiat anxie optamus ac nobiscum omnes, qui justitiam amant & iniqua creditorum lucella omnemq; avaritiam detestantur.*





u. a.

00

A 64 621


ULB Halle 3  
002 937 379  


WD 17

Retro ✓











13. 366  
DISPUTATIO JURIDICA.  
*De*  
MONETA,

*Ejusq; Accidentibus variis.*  
*Quam*  
*Aspirante divino numine*

*Consensu Amplissimæ Facultatis Juridicæ*

SUB PRÆSIDIO  
HERMANNI HELM, HOL-  
SATO-DITHMARSI. J. U. L.

*Publicè defendere conabitur*

JOHANNES GUESSEN

*Svevofordo - Franc.*

*In Auditorio J. C. tarum.*

*die 16 Martij.*

VVITTEBERGÆ,

EX OFFICINA JOHANNIS HAKEN, M DC LIV.

